Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35453
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

4

tuos in potus Ora igitur ipm ut
suscitet te Sed heu multi liben-
tius recipiunt venenum eterne mortis
quam medicam eterne vite Illi similes
sunt freneticis qui semper desiderant
vinum licet sit sibi venenum mor-
tiferum Vogemus
Dicite filie syon ecce
mathei 21 Iuus est
iste rex glorie Ipse
est quem desideraverunt prophete dicentes
utinam disrumperes celos et descen-
deres Ipse est ille gloriosus rex
in quem desiderant angeli prospicere
Quare venit Ut patrem celestem
placaret et hominem sibi reconcilia-
ret Vidit enim directe quod nullus sal-
varet et venit ut nos sursum
traheret et in celesti palacio collo-
caret Istud regem gloriosum debemus
quatuor modis suscipere Primo de-
bemus eum suscipere tamquam dominum quia
ipse est dominus et rex noster et hoc
notatur cum dicitur Ecce rex tuus venit
Et ipse sit dominus hoc ipse met
dicit in Iohanne Vos vocatis me
magister et domine et benedicitis sum
etenim Et quia rex et dominus est
stricte iudicabit et ideo timendus
est Est enim timendus propter
multa Primo quia magne est pote-
ncie quia omnia quecumque dominus voluit
fecit in celo et in terra Unde
ipse dicit in Mattheo Nolite timere
eos qui occidunt corpus propter

hoc non habent quid faciant sed
pocius timete eum qui potest occidere
corpus et animam et perdere et mittere
in Iehennam Sed heu nostri
domini plus timentur quam Christus Secundo
timendus est propter suam iusticiam
Ubicumque est iudex qui facit iusti-
ciam in omnibus et non facit propter ti-
morem potentum vel munera
offerencium vel propter preces amicorum
talis timetur Sic facit deus quia
omnibus erit iustus iudex tam pauperi
quam diviti Tercio est timendus
quia omnia videt et minutissimas
cogitaciones nostras iudicabit Quarto
timendus est quia gratuito iudicabit
Quinto quia ita potens est quod sibi
nullus resistere potest ideo debemus
ipsum suscipere tamquam regem cum ti-
more Secundo debemus ipsum libenter
et lete suscipere quia frater noster est
Genesis Hoc nunc os ex ossibus meis
etc Si dominus potens est et si in-
terrogares eum bone Ihesu quid
sunt tibi angeli nichil tibi re-
spondet nisi hoc ministri mei
sunt Sed si dicis quid tibi peccator
est respondet frater meus est Legitur
in Iohanne quod post resurreccionem
suam marie magdalene apparuit
quod ait ei vade ad fratres meos
ad apostolos Quis igitur tam impius
esset qui vellet fratri suo introitum
in domum suam negare Sic omnes
sunt impii qui denegant introitum